



MAzo ex regio Francorum & Burgundio-
num sanguine oriundus, dux Sueviæ & Al-
satiæ constitutus est. Erat enim multis uirtutibus
& insigni pietate ornatus princeps. Habebat is ex
honestissima uxore unicum filium, quem in spem
successionis optimè educabat. Cum autem is ani-
mi recreandi gratia tempore æstatis in flumine Ol-
runa lauaret, gurgitib. abreptus & submersus est.
Itaque Mazo, cum nullos liberos haberet, in sua di-
tione in honore S. Leodegarij cognati, celebre mo-
nasterium condidit, atq; id multis circumiacenti-
bus oppidis, uicis, & prædijs dotauit, Anno septin-
gentesimo tricesimo. In eo octodecim nobiles pu-
ellas, sex Canonicos & tres facellanos habitare iussit. Eius etiam loci Abba-
tissa eius foundationis confirmationem postea à Ludouico Cæsare impetra-
uit. Itaq; Mazo locum eum à se Mazonis uallem & Monasterium nominauit,
atq; moriens, ibidem sepultus quiescit. Monst. lib. 3.

ellas, sex Canonicos & tres facellanos habitare iussit. Eius etiam loci Abba-
tissa eius foundationis confirmationem postea à Ludouico Cæsare impetra-
uit. Itaq; Mazo locum eum à se Mazonis uallem & Monasterium nominauit,
atq; moriens, ibidem sepultus quiescit. Monst. lib. 3.